

181.

1219.

Linköping.

Konung JOHANS gåfvobref till Biskop CARL i Linköping samt hans efterträdare på en gård i Fjätersunda hvilken Konungen sig tillbytt mot fädernejord i Grepaspanga.

A. 3. o. 1: 1.

IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUE TRINITATIS. J. dei gracia rex sweorum vniuersis christi fidelibus presens scriptvm intuentibus salutem in perpetuum. Ne res gestas aboleat processus temporvm. debet eas confirmare perhennis viuacitas litterarum. Nouerit igitur tam presentium etas quam futurorum posteritas quod diuina gracia inspirante in die coronacionis & regalis inunctionis nostre. mansionem in fyatasvnd quam comparauimus pro patrimonio nostro quod habuimus in greppaspagvm. cognato nostro & cancellario Karolo Lyncopensi Episcopo & successoribus eius illi ecclesie presidentibus. caritatis intuitu & honoris & fidelitatis respectu quam idem episcopus nobis tam in aduersis quam in prosperis exhibebat studiose contulimus cum omnibus attinenciis in perpetuum possidendam. Huius autem rei testes sunt. Walerius archyepiscopus & karolus dux. Robertus episcopus. Olauus episcopus. Benedictus episcopus. dominus eskillus legifer. dominus vlfo. dominus petrus filius domini laurentii & dominus Benedictus frater episcopi & plerique principes regni nostri quos mora est enumerare. Si quis ergo hoc datum tam solempniter institutum cassare vel in irritum ducere dolose & malignose attemptauerit. superni regis offensam se nouerit incursum. Datum autem Lyncopye anno ab incarnatione domini. M°. CC°. XVIII°. ANNO Regni nostrj tercio.

På frånsidan: De collacione honorum in fiatasund.

Sigillet, skadadt, se Tab. 2. n:o 4.

182.

1219?

Förening, hvarigenom sambröderne PETER, LARS och SIGTRYG, BENGT MATTSSONS söner, afstå fisket i Sken till Nydala kloster.

A. 3. x. 1: 8.

Sciant presentes et futurj quod nos fratres & germanj uterinique omnes. Petrus. laurentjus. Sygtruggus. filjj benedictj. filij Mathej. coram deo & beate marje et omnibus sanctis. et coram monachis & conuersis firmiter stabiliuimus pactum sempiternum in nouaualle lite eliminata calumpniaque sopita. piscatjones in aqua que dicitur schethina libere & secure pro nobis & pro heredibus nostris quocumque casu emergente imperpetuum possideant. Quicumque igitur hoc pactum tam rationabiliter & sollempniter stabilitum